Quelle:
Copyright:



430. Cod. CLXXXVI. n. 12–14.

12. Fol: 50a–66b.

Hennici de Vri, maria Concordantia passionis.

Hennici de Vrimaria Concordantia passionis, quae incipit: "Scitis quia post biduum &c: Nota quod passio Xti describitur." Idem omnino comentarius, de quo jam in Codd: CVI. num: 3. CXIII. num 1. et CXL num: 2. egimus; nisi quod in praefatione verba initialia: ad intellectum sequentium sint omissa, multis vero notitiis marginalibus sit instructus.

13. Fol: 66b–69b.

Sermo de septem donis Spiritus Sancti.

Sermo de septem donis Spiritus S. Incipit: "Notandum quod septem sunt dona spiritus Sancti.

14 Fol 70a–84a.

Mauricii de Praga Liber II de Comunione sub una specie contra Jacob: de Misa.

Mauricii de Praga Liber Secundus de communione laicali sub una specie, seu Responsio ad demonstrationem Jacobi de Misa, publica Concilii Constantiensis authoritate edita. Mauricius de Praga duos exaravit tractatus contra Jacobum de Misa comunionem sub utraque specie acerrime propugnantem, quorum posterior in codice nostro visitur. Illius initium est: "Baronesregni bohemie Serenissimo principi domino Regis mundo romanorum Vngarie &c Regi misere, sunt quendam libellum (a) continentem multas auctoritates. de quarum solucio, ne persapientes qui apud predictum principem tunc constancie morabantur crupiebant clarius informari. Et compillator libelli postquam premiserat multas auctoritates biblie &c: Citat apud von der Hardt

(a) Jacobi de Misa demonstratio per testimonia Scripturae &c: Videsse von der Hardt Rer. Concil: Constant: T. V. pag: 803.